

dolo & intentione fallendi, velut cum quis jurat super Breve dolum supposito in quo aliud continetur quam ipse arbitretur se juraturum, ut exemplificat Gratian. in §. Si ergo, vers. Item obicitur de civibus post d. cap. Humana aures, vel alias cum quis jurat falsum quod putat esse verum. Is enim non mentitur, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur, ut cap. Is autem mentitur, §. Nemo mentiens 22. q. 2. & c. seq. S. Thom. 2. 2. q. 111. art. 1. & idcirco in eo casu juramentum secundum rectam intentionem jurantis à Deo judicatur, quia Deus audit in corde, gloss. fin. in c. 14. de Summ. Trinit. & fide Cathol. lib. 6. Alii fecus est in eo, qui aliud verbis significat & aliud in mente gerit, ut audientem fallat, ut in casu quaestionis propositae, quia tunc juramentum accipit Deus secundum sanam intelligentiam ejus, cui juratur, ut constat ex dictis cod. n. 76. & n. 80.

393 Non obstat tertium, nam respondetur retorquendo argumentum; si enim mentiri est contra mentem ire & ratio mendacii consistit in negando eam veritatem, quae mente concipitur, sane qui per implicitam subauditionem mente concipit aliquid esse verum & verbis exprimit quod in veritate est falsum, ut sic audientem fallat & indicat ad credendum esse verum quod verum non est, & proculdubio mendacium committit & adjecto juramento pejerat.

394 Non obstat quartum, quia qui diripit alio ingressus suos

non animo illud proficiscendi nihil agit per simulationem, vel dupliciter; non enim per exteriora signa factorum, vel rerum significat aliquid quod non est, quod nunquam licet, sed secundum praeintentionem significat illud, quod est quod aliquando licet, ut per D. Thom. in 2. 2. q. 111. d. art. 1. ad quartum. Quandoque enim aliquid jubendo significamus velle fieri quod fieri nolumus, sed experimentum obedientiae quaerimus, cap. Si quislibet, §. Quandoque 22. q. 2. & ita nulla est hic simulatio, sed solum quaedam fictio, cui non inest mendacium; & ita in terminis ad praedictam objectionem respondet Cajetan. in 2. 2. q. 89. art. 7. in respons. ad 4. col. ult. vers. Ad objectionem autem.

Non obstat ultimum, quia respondetur negando contrariam opinionem esse probabilem, imò enim est falsa sicut Judas secundum illud Augustini, tom. 4. lib. de salutar. docum. incert. Autor. c. 63. Non aliud loquamur, ore & aliud corde, ne simus Judas & Herodiani. Et nihilominus est praedicta opinio esse probabilis, tamen in foro animae omnino eligenda esset contraria quae tutior est, ut dixi in tract. de opinione probabilis, quem posui in cap. Ne innuuntur, supra de Constit. ubi latissime ostendi inter duas opiniones oppositas aequè probabiles vel quasi non licere utramlibet sequi, sed omnino eligendam esse tutiorem, à n. 54. usque ad n. 236. idque multò magis si tutior opinio sit certam probabilior, à n. 237. usque à n. 246.



DE CRIMINE FALSI.

Lucius III. Vigonen. Episcopo.

CAPUT II.

Super eo, quod sententiam auctoritate litterarum falsarum latam noluisse executioni mandare, tuam prudentiam commendamus; Mandantes, & quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipsas mandatum fuerit, non observes, sed eum, qui praesentaverit, retineri facias diligenter.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari.
- 2 Falsae litterae jurisdictionem non conferunt & num. 8. & num. 11.
- 3 Matrimonia bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum an sint irrita nec ne, & n. seq. usque ad n. 13.
- 4 Praelati putativi sive Ordinarii, sive Delegati gesta regulariter sunt valida.
- 5 Etiam quoad spiritualia & pertinentia ad forum interierem.
- 6 Declaratur, n. 9.
- 7 Indulgentia concessa à falsis Praelatis ob communem errorem an valeant, & n. 11.
- 8 Matrimonium contractum coram Parocho putativo tenet. Declaratur, n. 10.
- 9 Rescriptum falsum cujus falsitatis ignoratur, tribuit jurisdictionem.

- Contrarium, n. 11.
- 9 Gestis à Praelato putativo non sustinentur ex communi errore, sed requiritur etiam titulus ab habente auctoritatem.
- 10 Matrimonium contractum coram Parocho intruso non valet.
- 11 Indulgentia à falsis Praelatis concessa quomodo intelligantur esse meritoria. Exceptio falsitatis impedit executionem sententiae etiam latae cum ignorantia falsitatis rescripti, ibid. vers. Quomodo, & n. seq.
- 12 Praelato putativo obediendum est si habeat titulum auctoritatis superioris, secus si per falsas litteras.
- 13 Dispensati à Legato extra limites suae legationis non sunt tuti ex titulo putativo, & communi errore.
- 14 Germania appellatio ex silio in facultatibus non venit Belgium.
- 15 Bona fides excusat à culpa & poena, sed non validat actum nullum.

Super eo. Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari. Hoc dicit secundum Abbatem antiquum cui consentiunt Joannes Andreas & omnes. Dividitur in duas partes. Primo commendat eum cui scribit de praeterito. Secundo, eum instruit in futurum, hic. Mandantes.

Nota ex hac Decretali per falsas litteras delegatorias jurisdictionem non conferri, propterea enim sententia ex falsis litteris commissiois prolata non demandatur executioni, quia est vitium in radice & fundamento jurisdictionis. Unde ut hic dicebat Laurentius & Goffredus in hoc casu sine tem-

poris praesentatione semper retrahenda est sententia, quia ipso jure nulla est, cum defectus sit in jurisdictione, quorum dicitur sequuntur glossa t. Host. in princ. Joannes Andreas n. 4. in gloss. 1. Collectar. in princ. Butr. n. 6. Card. n. 1. in 2. oppos. Anchar. in 1. not. Abb. n. 4. & Joan. de Ana n. 1. veri. Nota quod sententia, ubi concludit sententiam latam vigore falsi rescripti dici lata à non iudice; & de hoc esse casum hic, unde ipse sic summat hanc Decretalem, sententia lata à iudice impetrato per falsas litteras est nulla, ex quibus apparet hanc esse unanimum Canonistarum sententiam. Nec obstat quod textus dicit auctoritate falsarum litterarum, quia

Verbum auctoritate potest exponi secundum apparentiam & intentionem judicantis, ut per Cardinalem n. 1. in 1. oppos.

Verum haec procedunt, ut dictum est, si sententia lata fuerit in vim falsi rescripti delegatoris; & sic cum exceptio falsitatis concernit fundamentum jurisdictionis. Nec mirum, quia illius defectus est insaniabilis. Verall. dec. 38. n. 2. lib. 3. secus verò si iudex alius habeat jurisdictionem & falsitas concernat tantum merita causae, eò quod sententia sit lata per falsos testes vel per falsa instrumenta, quia tunc secundum Joannem de Anan n. 4. in gloss. 1. communiter tenetur sententiam esse aliquam, sed esse rescindendam ope retractionis in integrum, juxta text. in l. Divus, ff. de re jud. quae opinio est etiam de jure verior, nisi in certis casibus de quibus per eum.

Quero, an Matrimonia, bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum, sint irrita nec ne.

Quidam Regularis Ordinis N. in Hispania decem annorum spatio multas litteras dispensationum Matrimonialium à Sede Apostolica impetratas super impedimentis dirimentibus falsificavit mutatis gradibus aut aliis falsitibus patet, de quibus constitit in Curia Nunci Apostolici. Cum verò Ordinarii ad quos litterae fuerunt directae, falsitatem ignorantes, multas dispensationes concesserint; & subinde sic dispensati bona fide in gradibus prohibitis Matrimonium contracterint ac prolem susceperint, Rex Catholicus supplicat S. D. N. ut digneur committere Episcopo Oxometi, ut auctoritate Apostolica confirmet Matrimonia, ut praefertur, contracta.

Explorati juris est sententia ab Ordinariis lata in vim falsarum litterarum hujusmodi & dispensationes exinde concessas esse omnino irritas ex defectu jurisdictionis. Casus est hic secundum communem omnium intellectum, ut plerè ostensum est supra, unde difficultas ad hoc tantum restringitur, an sic dispensati tamen se possint ex titulo putativo & communi errore, juxta terminos legis Barbarius, ff. de offic. Praet.

Et quidem gesta publici officii auctoritate per Praelatum, sive Ordinarium sive delegatum qui communi estimatione credebatur auctoritatem habere, regulariter sunt valida, ut de Ordinariis est textus in d. l. Barbarius & de delegato in c. Infamis, §. Verumtamen 3. q. 7. Imò, quamvis Innoc. in c. eum dilectus de rescr. tenet d. l. Barbarius habere locum in O dinario tantum, prout loquitur, non autem in delegato; idemque videtur sentire Bart. in l. 2. cod. de Senator. tamen communis opinio est in contrarium quam sequuntur Angel. & Salic. in d. l. 2. Imola in l. Ouidam consulant de re jud. Abb. in c. Gratian n. 11. de offic. deleg. Quae conclusio habet locum etiam in Spiritualibus in quibus jus Divinum non repugnat, ut tenent Innoc. Host. Card. & alii in c. Nihil de elect. eisdem Innoc. in c. Veritatis n. 2. de dol. & centum. Rosel. in verbo Confessio Sacramentalis 3. num. 4. Tabien. Absolutio, num. 3. Angel. Confessio 4. num. 12. Silvester Confessor 2. n. 15. & Navar. in c. placuit de panit. dist. 6. n. 177.

Ideoque indulgentias concessas à falsis Praelatis ob communem errorem, putat esse validas. Jaton. in lege Praescriptione n. 26. cod. si contra jus. Et Matrimonium contractum coram Parocho carente legitimo titulo ob vitium aliquod latens esse validum tenet Henricus lib. undecimo, de Matrim. cap. 3. num. 4. & Man. 1. tom. Summa 2. edit. c. 219. n. 8.

Et generaliter rescriptum omnino falsum, cujus tamen falsitas ignoratur tribuere jurisdictionem, cum propter dubium constituit delegatum in quasi possessione jurisdictionis, tradit Bartol. in d. l. Praescriptione, quem sequitur Card. in c. Super litteris de rescr. & illius opinionem putat veram Jaf. in d. c. n. 26.

Verumtamen ad hoc ut valeant gesta ab eo qui auctoritatem non habet, non sufficit communis error, sed requiritur etiam titulus à Superiore collatus, licet is titulus sit reverè invalidus ob vitium aliquod occultum, ita probat textus in d. l. Barbarius & in d. c. Infamis, hic si servus cum putaretur liber ex delegatione sententiam dixit; & sentit glossa fin. in d. c. Nihil de elect. ubi dicit idcirco hic valere acta illius Praelati, quia fuit in quinta administratione & in quasi possessione Praelationis licentia Papae & pro Praelato habitus fuit, quam glossam hic sequuntur Innoc. n. 4. Joan. Andr. n. 28. Butr. n. 27. Anchar. in fin. q. 4. ubi Joannes Vincent. & Goffred. in hanc sententiam citat Imol. n. 7. & Abb. n. 11. dicent. Nec communis error ex quo deest auctoritas Superioris, nam lex Barbarius, ff. de offic. Praet. fundat se super communi errore & super auctoritate Superioris, nam ille servus qui putabatur liber, habuit officium Superioris; & sic concurrebant hic duo, scilicet auctoritas Superioris & communitas error, secus autem hic adesset unam tantum, ut tenuit hic Innoc. & Bald. in repet. d. l. Barbarius. Hæc Abb. Idem

tenet Archid. in c. alienationis 12. q. 2. n. 2. & alii copiose relati à Tiraquel. post leges connub. gloss. 8. num. 145. Tabien. Ang. Silvest. & Navar. in loc. supra cit. & est communis opinio, ut testatur Ab. in c. dudum si secundo n. 20. de elect.

Neque verò ad hoc satis est, ut titulus conferatur à quocumque Superiore, sed conferendus est à legitimo & auctoritatem habente, ut docuit Composit. id d. c. Nihil n. 4. in verbo administrat, vers. Item per Superiorem confirmatum, quem refert & sequitur hic Anton. de Butr. n. 24. Anchar. hic ad fin. q. 4. Henr. Boich. in §. Caterum n. 4. Idem aperte scripsit Bald. in d. l. Barbarius in prima lectione, n. 29. & hic Jafon. n. 48. & 51. Bertrand. conf. 128. ad fin. vol. 1. Anr. Gabr. in tit. de probat. lib. 3. concl. 8. & idem est valida sint Matrimonia celebrata coram Parocho qui caret titulo ob occultum aliquod vitium, tamen nulla sunt contracta coram Parocho intruso, qui scilicet à Superiore titulum non habet, ut tradunt Henricus & Manuel loc. cit. & post eor Sanchez, de Matrimonio, libro tertio, disputatione v. gesimâ secundâ, n. 60.

Quomobrem, cum in casu de quo agitur, Ordinarii qui auctoritate Apostolica dispensaverunt reverè in gradibus falso expressis in litteris nullam haberent facultatem dispensandi à Summo Pontifice, sed potius ab illo Regulari qui litteras vitavit, hinc videtur sequi ut Matrimonia in vim dictarum dispensationum contracta, fuerint prorsus irrita ac nulla, non obstant communi errore & ignorantia falsitatis litterarum.

Neque obstat quòd valeant indulgentiae concessae à falsis Praelatis, si communiter sint habiti pro veris, nam respondeatur Jaton. id non asserere, sed tantum eas non minus operari quoad salutem animarum quam si essent concessae à Praelato vero, sentiens per hæc verba opus tribuens elemosinam falso quæritori esse meritum; ita enim loquitur Anchar. ab eo relatus, alioquin si sentire indulgentias esse validas, ejus opinio esset erronea, nec posset defendi nisi quando Praelatus habuisset legitimum titulum à Superiore & tamen titulo careret ob occultum aliquod impedimentum. Ideoque contrariam sententiam, id est indulgentias concessas à Praelato cum falsis Bullis non valere, sequitur Oldrad. conf. 76. Quæritur de illo per tot. Anchar. in clem. abusivis in princ. de panit. & remiss. cum quo transit Felin. in suo tract. de indul. col. ult. vers. Caterum de indulgentiis Episcopo, un. Card. in d. clem. abusivis, §. ad hæc quæst. 5. Dec. in cap. Taurum, numero sexto de privileg. & idemmet Jafon. in lege si urbana, num. 8. vers. Alibi tamen, ff. de cond. indub.

Quemadmodum neque obstat quòd secundum Bartolum, rescripta omnino falsa tribuant jurisdictionem, si illorum falsitas ignoretur, nam respondetur Baroli sententiam hac in parte esse communiter reprobatam; & contra eam tenent Bald. & Fulgos. in d. l. Praescriptione, Innoc. in c. venerabili de except. vers. Nunc de actu ubi dicit obediendum esse Praelato minus iusto qui est in pacifica possessione, nam dummodo concurrat auctoritas Superioris, secus verò si per falsas litteras obtinuit reputari Praelatum; & plenius idem Innoc. in c. Super litteris in verbo Fofsin, n. 6. vers. Sed quòd si littere falsae dicuntur, usque in finem illius glossae de rescript. late Bellam. dec. 84. incip. Executoria; & Felin. in c. ad audientiam si secundo 21. vers. Fallit sententia de rescript. & contra Bartolum tenere omnes Legistas & Canonistas testatur Jafon. in dicta lege Praescriptionem, sub n. 26.

Quæ opinio est etiam de jure verior quidquid in oppositum scripserit hic Jafon contra quem est textus clarus hic ubi sententia supponitur lata per iudicem cum ignorantia falsitatis rescripti; idemque verbum illud auctoritate exponitur à Card. n. 1. id est secundum apparentiam & intentionem judicantis qui creditur litteras esse veras; & tamen deciditur, ut propter exceptionem falsitatis postea propositam, sententia executioni mandari non debeat, cum deficiat fundamentum jurisdictionis; & ita communiter intelligunt Doctores hanc Decretalem, ut initio diximus num. secundo, ergo per falsum rescriptum, licet illius falsitas ignoretur, nulla tribuitur jurisdictio.

Non obstat decisio Rotæ 136. aliàs 2. de fil. Presb. in novis quæ incipit Voluerant Domini n. 7. ubi dicitur reconstitutum fuisse, dispensationem factam per illum qui commulter reputabatur habere facultatem super Matrimonio, valere licet facultatem non haberet, per consil. Anchar. 409. Vijo & diligenter inspecto in fin. nam respondetur Anchar. non firmari in suo casu dispensationem factam ab Episcopo, durante schismate in gradibus Sedi Apostolicæ reservatis, esse validam propter communem reputationem, imò supponit eam nullam, sed tantum asserit contrahentes ob communem errorem excusari ad effectum legitimitatis prolis, ait enim n. 7. in fine. (Dicebam quòd praesupposito R. P. Dominus electus Leodi non potuissent in dictis gradibus dispensare, tamen ejus dis-

34. *Supposito statuto in 6. col. in responsione ad 1. dub. vers. An quartis*, merito Rota ius quod acquiritur per supplicationem, iudicavit informis de consuetum, adeo ut ante litterarum expeditionem plerique Doctores voluerunt non dari Canonicum titulum saltem in suo esse perfecto, ut dicit Agid. *deciis*. 110. in 3. col. & *deciis*. 664. & tenet etiam Nicolaus Milis Rotæ Auditor. in *referentiis in verbis gratia Apostolica*, cum quibus concordat, *deciis*. 20. circa secundum n. 5. de concessi. *grahend. in novis*. At verò per expeditionem litterarum forma & perfectio gratiæ datur, ut dixit Rota, *deciis*. 27. de *referentiis in novis*, repetita apud Agid. *deciis*. 746. & per illas omne dubium tollitur & gratia digesta & suam perfectionem totaliter habere dicitur, ut tradit Oldrad. in *conf.* 324. incipiens. *Factum tale est. Domini noster*, n. 3. *vers.* Quarto, circa renunciationem & ut Bald. inquit per l. *Contractus*, *Cod. de fid. Instrum.* relatus à Gomef. in *regul. de non iudican. juxta form.*

37. *Supplicat. quæst.* 1. n. 3. sola supplicatio adhuc in utero existere dicitur, donec per expeditionem litterarum in mundum producatur, & hinc fit ut sumptum de Registro supplicationum signaturum in iudicio fidem non faciat Agid. *deciis*. 252. secus autem si sumptum litterarum Bullatarum extrahatur, ut dicitur in *deciis*. 28. de *probation. in Antiq.* & refertur à Gomef. *ubi supra* n. 4. Hinc etiam fit ut Romani Pontifices eviderint tres regulas Cancellariæ, videlicet regulam de non iudicando juxta formam supplicationis, sed litterarum expeditionum in cuius exordio dicitur. Cum ante consecutionem litterarum gratia Apostolica sit informis, &c. Item regulam 29. quæ disponit commissiones non valere litteris non expeditis. Item regulam 33. quæ vult dispensationes similiter non valere non expeditis litteris. Ex quibus omnibus deducitur multò gravius delinquere & atrociorè injuriam Papæ irrogare, ac majus præjudicium inferre posse falsantem litteras Bullatas, in quibus consistit totalis perfectio gratiæ & secundum quas est iudicandum, quam falsantem supplicationes signatas quæ continent gratiam rudem & informem & que sine litteris minime suffragatur & consequenter pena falsantium litterarum Apostolicarum, de qua in *cap. Ad falsariorum, infra eodem*, non debet extendi ad eos, qui falsant supplicationes, seu signaturas, quia penæ istæ debent adæquari & commensurari delictis, ut quod sceleratius est commissum gravius vindicetur, *cap. Non offerimus*, 24. *quæst.* 1. *cap. Quæsit de iis que sunt à major. part. Capit. c. fin. in fin. de excessib. Prælator.*

21. Ad partem verò affirmativam facit, quia si litteræ discrepent à supplicatione, statim supplicationi tanquam matrici & non litteris, Caputque *deciis*. 75. n. 6. & *deciis*. 227. *lib. 1. Rota deciis*. 730. n. 1. *part. 2. recent.* & litteræ sunt corrigendæ ad formam supplicationis, ut dixit in *cap. Ex conscientia*, n. 7. *infra eodem*. Et litterarum regitrum, & inde sumpta debent reformari & corrigi juxta originalem supplicationem Mandos. in *reg. de non iudic. juxta formam supplicat. q. 19. num. 6. Rota deciis*. 327. n. 10. *part. 5. recent.* Tria enim est regula ut instrumentum publicum discrepans à matrice, seu protocollo debeat secundum illud corrigi & emendari, l. *Si quis ex argentariis*, §. *Prætor & hic Bartol. n. 3. ff. de edend. Felin. in c. Quoniam contra*, n. 10. de *probat. cum aliis cumulatis in præalleg. deciis*. 378. Undè etiam videmus ad supplicationem tanquam ad matricem esse recurrendum, si expeditiones duæ sint inter se discordes, ut decidit Rota in *recent. deciis*. 225. n. 10. *part. 4. tom. 2. allegando Bart. in l. Sempronius, ff. de leg. 2. & in l. Si Librarius*, n. 9. *ff. de reg. jur. Imò sola supplicatio attenditur etiam si non exhibentur litteræ expeditæ ubi non agitur de canonizanda gratia Caputque deciis*. 221. & *deciis* 301. *part. 3. Mantica, deciis*. 335. n. 2. ubi alia cumulantur Gregor. XV. *deciis*. 540. n. 6. Callador. *deciis*. 8. n. 14. de *restitutione spoliatorum*, Mohedan *deciis*. 2. in *fin. de privileg. Seraphin. deciis*. 538. n. 4. & *deciis*. 775. n. 3. & in *recent. deciis*. 228. *part. num. 6. & deciis*. 218. n. 8. *part. 7. & alias passim*: ergò enormis est delictum & majoris præjudicii falsare supplicationem, quam litteras, quia falsitas litterarum potest corrigi ad formam supplicationis originalis, sed non è converso, ut dictum est.

Præterea tota substantia gratiæ consistit in supplicatione, & signatura Papæ; expeditio verò litterarum non requiritur ad perfectionem gratiæ, sed ad probationem tantum Gemin. *conf.* 105. *super d. dubio vers. In contrarium*, *Callad. det.* 4. n. 2. de *consil. possess. & propriet. Seraphin. deciis*. 775. n. 2. cum similibus, ut dixi in *cap. Nihil*, n. 28. *supra de elect.* Gravius autem est corrumpere substantiam rei, quam illius accidentia, arguente. eorum que tradit Calder. *conf.* 11. incip. *Episcopos rem Ecclesiæ, ante med. versic. Ad cuius declarationem, defend. consequenter pena, cap. Ad falsariorum, infra eodem*, magis convenit ei qui corrumpit substantiam gratiæ falsando supplicationem quam ei qui corrumpit gratiæ probationem falsando litteras.

Uterius pro hac parte facit, quia falsitates facilius & frequentius in supplicationibus committuntur propter appositionem manus plurimorum officialium, ut advertit Gomef. in *reg. de non iudic. q. 1. n. 6. per text. in l. fin. Cod. de Codicil.* Explorati autem juris est propter delicti frequentiam penas exacerbari vel augeri, ut l. *Aut facta in fin. ff. de pan. & notat Aretin. in c. Cum non ab homine*, n. 59. *circa finem, jura de iudic.*

Demùm hanc partem amplectitur in puncto Collectar. in *cap. Ad falsariorum*, n. 2. *infra eodem*, ubi format questionem quid dicendum de illis, qui falsant, seu contingunt signum supplicationis Papalis, seu fiat, vel aliud faciendū & refero hanc controversiam de facto tunc consistisse & multos dixisse tales non posse dici falsarios litterarum Apostolicarum, quia litteræ non dicuntur Apostolicæ nisi propter Bullam, ut in textu; sed postea subiungit Collectar. aliud visum esse Bart. & multis aliis, quia certum est quod falsare illic est falsare litteras Apostolicas idque propriissime sicut illud; in quo consistit tota virtus & substantia, & ad hoc facit indistinctè littera dict. *cap. Ad falsariorum*. Nec obstat hæc Decretalis, quia ponit certos modos probandi falsitatem secundum eum, id est aliquos, sed non omnes, ut hic in *gloss. 1. ac proinde cum species omnes non enumerentur, non procedit argumentum à partium enumeratione, ut est textus in l. Filius, §. Filius familias miles, juncta gloss. in verb. Locum, ff. de lib. & posthum. & in c. Venerabilem & hic Joan. Andr. n. 18. & Abb. n. 8. *supra de elect.* Quæ opinio facilius esset admittenda quando litteræ essent expeditæ vel supplicatio registrata & soluta componenda, quia tunc non habet locum regula de non iudicando, juxta formam supplicat. ut fuit pluries in Rota resolutum: teste Card. Seraph. *deciis*. 764. n. 4. & 5. Nec supplicatio potest lacerari ab officialibus cum eo casu sit gratis perfecta, ut dixit Rota, *deciis*. 559. *part. 5. tom. 2. in recent* undè falsitas talis supplicationis per necessè influit in falsitatem litterarum que non nisi ad formam matriæ & originalis supplicationis expediuntur, ut dictum est, ac proinde est punibilis non secus falsario ipsarum litterarum.*

Non obstant argumenta contraria; nam ad primum patet responso ex jam dictis supra n. 32. ad confirmationem respondetur, quamvis supplicationes non sint litteræ expeditæ, quia non sunt in plumbò, sunt tamen litteræ Apostolicæ secundum Collectar. supra citatum n. 30. & 31. & ad inductionem Navar. de qua supra n. 7. responderi potest Bullam Cœnz in ea parte in qua loquitur de falsantibus supplicationes emanasse declarationes, c. *ad falsariorum, infra eodem*; & sic novum jus non induxisset, l. *heredes palm. §. si quid, ff. de test. quod indè liquet manifestè, quia in Bulla Cœnz excommunicantur etiam falsarii litterarum in forma Brevis, ut videre est in Bulla Urbani VIII. §. 9. in Bulla tom. 4. p. 356. & tamen certum est litteras in forma Brevis, verè & propriè esse litteras Apostolicas que jam erant comprehensæ in d. c. *ad falsariorum*, ut iplmet Navar. *fatetur*. c. 27. n. 62. *vers. Tertia.**

Ad ultimum verò, nempe ad differentias ponderatas inter supplicationem & litteras patet responso ex dictis supra d. n. 21. *usque ad num. 32.* ex quibus apparet eas ponderationes in contrarium retorqueri, maxime quando litteræ sunt expeditæ vel soluta est componenda, ut constat ex dictis supra n. 33.



DE CRIMINE FALSI.

Idem Innocentius III.

CAPUT VII.

AD falsariorum confundendam malitiam: & infra. De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, ut qui litteris nostris uti voluerint, eas primò diligenter examinent, quoniam si falsis litteris se usos dixerint ignoranter, eorum serà penitentia evitare nequibit penas inferius adnotatas. Nos eni n, omnes falsarios litterarum nostrarum, qui per se vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis, anathematis vinculo decernimus innodatos, statuentes, ut clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus officiis & beneficiis Ecclesiasticis perpetuò sint privati; ita quòd qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi: per quem laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitime puniantur. Qui verò sub nomine nostro litteris falsis utuntur, si clerici fuerint, officiis & beneficiis Ecclesiasticis spolientur; si laici tamdiu maneat excommunicationi subjecti, donec satisfaciant competenter: ita tamen, ut in istis & in illis, malitia gravius, quam negligentia puniatur: quod & de his, qui falsas litteras impetrant, statim observandum.

SUMMARIUM.

- 1 Falsitates per se vel per alium litteras Papæ excommunicantur cum suis fautoribus & n. 27.
- 2 Et Clericis officiis, & beneficiis privati sunt & n. 38.
- 3 Item sunt degradandi, & Curia seculari tradendi & n. 40.
- 4 Falsi litteris Apostolicis utentes, si Clerici sunt, officiis & beneficiis privantur, si laici excommunicati sunt & n. 47. & 48.
- 5 Statum valet, quo cavetur, ut quis non possit allegare illius ignorantiam.
- 6 Litteris Apostolicis uti volentes debent prius diligenter illas examinare, ac sint vera vel falsa vel suspecta.
- 7 Littera Papales sunt magna cum diligentia, & exquisita curiositate.
- 8 Et nihilominus in eis quasi imperceptibiles committuntur falsitates.
- 9 Littera gratiosa vel contra jus, vel contra utilitatem publicam majorem requirunt examinationem, quam littera de simpliciter iustitia.
- 10 Ignorantia quamvis presumatur in delictis, hoc tamen falsis locum debet procedere diligens inquisitio, & n. 59.
- 11 Falsum non committitur sine dolo.
- 12 Dolus in dubio presumitur, quando ex officio, vel ex natura actus prærequiritur diligens indagatio.
- 13 Ignorantia efficta, & supina quæ.
- 14 Falsi litteris utens cum ignorantia crassa mittitur punitur, quàm cum dolo expresso.
- 15 Clerici falsantes litteras Principis, seu Imperatoris quas penas incurant & n. 16.
- 16 Et quid in falsantibus litteras, seu sigillam Regis, & n. 22.
- 17 Et quid in falsantibus litteras majoris Penitentiarii vel Nuntii, aut Brevis Papæ n. 24.
- 18 Et quid in falsantibus litteras Episcopi vel Capituli ibid. & n. 25.
- 19 Papa longè præstat Imperatori.
- 20 Injuria aggravatur ex dignitate persona, cui irrogatur.
- 21 Delictum gravius est in Persona Principis, cui delinquens est subiectus quàm in extraneam.
- 22 Læsa majestatis crimen non committit non subditus.
- 23 Clericus natus in Terris Principis laici dicitur esse originatè & naturaliter de dominio, & ditione ipsius Principis.
- 24 Non tamen contra eum dici potest committere crimen læsæ majestatis.
- 25 Rex habet in Regno suo jura suprema Principis, id est Imperatoris.
- 26 Excecutæ verbum in dispositione penali verificatur in unico actu.
- 27 Falsas litteras Apostolicas etiam semel tantum puniendus est pena hujus cap.
- 28 Bulla Pii V. contra excoerentes vitium nefandum an habeat locum in iis, qui unica tantum vice illud committunt.
- 29 Falsantes litteras Papæ sunt excommunicati sive sint laici, sive Clerici, sive Monachi. Et quid in Episcopis n. 56.
- 30 Et absolutio est Sedi Apostolicæ reservata.
- 31 Falsarii litterarum Apostolicarum, vel falso eas fabricantes, aut supplicationes falso signantes excommunicantur in Bulla Cœnz.
- 32 Excommunicatio Bullæ Cœnz, & excommunicatio hujus cap. contra falsarios litterarum Apostolicarum in quibus differant.
- 33 Falsas litteras Papæ per alios an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnz & n. seqq.
- 34 Faciens per alios per se ipsum facere videtur, quod procedit etiam in delictis & n. 43.
- 35 Item procedit etiam in statutis penalis, quæ juri communi non obviant & n. seq.
- 36 Statutum puniens utentem falso instrumento locum habet etiam in utente per alium.
- 37 Falsas supplicationes non Papæ signatas incidit in excommunicationem Bullæ Cœnz. Et an incidat in penam hujus cap. ibidem.
- 38 Beneficia falsantium litteras Papæ impetrari possunt tanquam vacantia.
- 39 Laici falsantes litteras Papæ non sunt ipso jure privati ius dignitatibus & officiis.
- 40 Clerici falsarii litterarum Apostolicarum degradatione iudicis Ecclesiastici traduntur Curia seculari pena legali puniendi, scilicet mortis naturalis.
- 41 Degradationis pena de jure communi non imponitur nisi

penatio, licet nulla, excusatio propter quod legitimationem proliis postea suscepta; & infra (Excusantur ipsi propter communem errorem; credebatur enim ab omnibus in illis Regionibus Ordinariis dispensare tunc posse & omnia agere quae aliter erant Papae specialiter reservata.) Et quavis subdat, communem errorem reddere actum validum qui alias non valeret, tamen hoc generaliter asserit, non autem de illa dispensatione in particulari. Unde prope finem concludit sic. (Etsi non potuit, tamen postquam dispensavit, dicta dispensatio tribuit conjugatis bonam fidem, saltem quoad hoc ut filii propter justam ignorantiam parentum debeant reputari legitimi.) Decisio autem Rotae potest salvari in eo tantum casu in quo dispensator carebat dispensandi potestate ob aliquod vitium occultum, non autem ex eo quod non haberet legitimum titulum dispensandi a Summo Pontifice, alias enim resolutio non esset juridica, ut ex supra dictis constat.

Unde postea committit Nuntio Hispaniarum, ut iterum dispenseret cum his qui, ut proponitur, Matrimonium bonae fide contraxerunt, ut valeat iterum contrahere, servata forma Concilii Tridentini. Et ita resolutum.

Ex praedictis videtur inferri posse, ut irrita sint provisio-

nes & dispensationes quas nuper concessit in Belgio Cardinalis Legatus Germaniae super impedimentis dirimentibus, e. cum dilecta de refer. ita ut sic provisum & dispensatum non sint tuti ex titulo putativo & communi errore, nam etsi sub Germania comprehendatur tam superior quam inferior secundum tabulas Geographicas, tamen ex filio in facultatibus sub nomine Germaniae non venit Belgium, nisi specialiter exprimat juxta declarationem S. D. N. Urbani VIII. ideoque in Constitutione dixi V. de visitandis limitibus hujusmodi Provinciae, ponuntur tanquam distinctae hic, Germani verò, Galli, Hispani, Belgae &c. Quamobrem cum quoad Belgium defuerit omnino titulus Apostolicus, communis error & reputatio non suffragantur, ut ex dictis patet; & bona fides potest quidem excusare a culpa & poena, sed non valere ad eum, ut sunt iura clara in e. si postquam, in e. Dudum, §. Nos igitur, in e. si beneficium & in e. pen. ver. licet ab ignorantibus de prob. in 6. & notat Archid. in e. si Apostolicus circa med. eod. tit. & lib. & Felin. in e. 2. n. 7. ver. Quarta limita de Constit. & ed magis, quia Sanctitas Sua dixit se benigne acturum cum sic provisum & dispensatis, ubi novas provisiones ac dispensationes petierint a Sede Apostolica; atque ita ex mente Sanctissimi videntur egere nova gratia.



DE CRIMINE FALSI.

Innocentius III. Archiepiscopo & Canonicis Mediolanensibus.

CAPUT V.

Letet ad regimen; & infra. Ut autem varietates falsitatis circa nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis praesentibus litteris duximus exprimendas.

Prima species falsitatis haec est, ut falsa Bulla falsis litteris apponatur. Secunda, ut filium de vera Bulla extrahatur ex toto & per aliud filium immissum falsis litteris inferatur.

Tertia, ut filium ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cum vera Bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filio similibus canapis restauratum.

Quarta, cum a superiori parte Bullae, altera pars filii sub plumbo rescinditur & per idem filium litteris falsis incerta, reducitur infra plumbum.

Quinta, cum litteris Bullatis & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur.

Sexta, cum scriptura litterarum, quibus fuerat apposita vera Bulla, cum aqua vel vino universaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce & aliis juxta consuetum artificium dealbata, de novo rescribitur.

Septima, cum chartae, cui erat apposita vera Bulla, totaliter abolita vel abrasa, alia subtilissima charta ejusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino conjungitur. Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram, scienter litteras non de nostra vel Bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad Bullam, falsas litteras cautè projiciunt, ut vera Bulla cum aliis sigillentur. Sed haec duae species falsitatis non possunt facile comprehendere: nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturae; vel qualitate chartae falsitas cognoscatur. In caeteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum vel in collatione Bullae, vel motione, vel obtusione, praesertim si Bulla non sit aequalis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

SUM.

SUMMARIUM.

- 1 Littera Apostolica novem modis hic expressis falsatur. 2 Doctrina non est tradenda de his, qua misis est negete, quam scire. 3 Falsantes seu confingentes signaturam supplicationis Papalis scribendo verbum, fiat, an incurrunnt poenas cap. Ad falsationem, infra eod. & n. seq. usque in finem. 4 Argumentum a partium enumeratione validum est in jure, si species omnes enumerentur, aliis scitis, n. 32. 5 Littera Apostolica non dicuntur expedita nisi quando in plumbo sunt. 6 Supplicatio est littera Bullata; est tamen littera Papalis, & n. 31. & 35. 7 Falsarii supplicationum gratiam vel injustitiam concernentium a Papa signaturam excommunicantur in Bulla Censura. Supplicationes a Papa signatae in materia odiosa non veniunt appellatione litterarum Apostolicarum, ibid. & n. 30. Contrarium n. 31. & 36. 8 Supplicatio sola non probat jus alieni competere. 9 Et illius clausula quandoque ab officialibus aliter extendantur & restringuntur & n. seq. 10 Et aliquando iustus de causis supplicatio laceratur. 11 Supplicatio sola jus certum non continet, nec suffragatur litteris non expeditis & n. 13. 12 Sed continet gratiam infernem & n. 19. 13 Et intrans possessionem beneficii litteris non expeditis, licet habeat supplicationem signatam, perdit omne jus. 14 Et sola supplicatio non dat Canonicum titulum, juxta in suo esse perfectio. 15 Litterarum expeditio dat formam, & perfectionem gratiae. 16 Et per illas gratia digesta, & suam perfectionem totaliter habere dicitur.

- 17 Supplicatio adhuc in utero existere dicitur, donec per expeditionem litterarum in mundum producat. 18 Et sumptum de Registro supplicationum iudicis fidem non facit: scitis in juxta litterarum Bullatarum. 19 Falsificatio litterarum Apostolicarum enormis est delictum & severius vindicanda, quam falsificatio supplicationum signaturarum. Contrarium n. 26. & seq. usque in finem. 20 Littera si discrepat a supplicatione, statim supplicationi tanquam matrici & non litteris. 21 Litterarum registrum, & in desumpta debent reformari & corrigi juxta originalem supplicationem. 22 Instrumentum discrepans a matrice seu protocollo debet secundum illud corrigi & emendari. 23 Expeditiones duae si sint inter se disformes, recurritur ad supplicationem tanquam ad matricem. 24 Supplicatio attenditur etiam si non exhibeantur litterae ubi non agitur de canonizanda gratia. 25 In supplicatione, & signatura Papae consistit tota substantia iustitiae. Litterarum expeditio non requiritur, sed ad probationem ibidem. 26 Substantiam rei gravius est corrumpere, quam illius accidentia. 27 Falsitates facillius committuntur in supplicationibus, quam in litteris & cur. 28 Falsare signaturam Papae, seu fiat, propriissime est falsare litteras Apostolicas. 29 Supplicatio quando est registrata, & soluta componenda, non habet locum regulae de non iudicando juxta formam supplicationis. 30 Nec potest lacerari ab officialibus cum sit gratia perfecta.

Letet Pont. novem modos falsandi litteras Papales. Hoc dicit & advertunt Doctores hanc Decretalem legendam esse cum Bulla ad oculos demonstrata, ut hic per Abbat. Joan. de Anan. & Mar. Soc. in prin.

Nota ex textu novem modos per quos falsitas committitur in litteris Apostolicis. Et dicit hic Goffred. non esse tradendam doctrinam qualiter hujusmodi falsitates perpetrarentur. Sunt enim quaedam quae melius est nescire, quam scire, cap. Quomodo in fin. 38. dist. 8. & docuit Philosophus lib. 12. Metaphysicis text. 51. & S. Thomas in 1. p. q. 22. art. 2. n. 3. argum. contrario, & in illius responsione ubi reddit rationem, quia cogitatio malorum pervertit interdum voluntatem in malum; unde Seneca ad Lucillum, Epistola 76. monet ipsum ne dicat quae forent deducenda si sciret; & Marcus Varo notabiliter inquit: (quaedam sunt eradenda de animo scientis, quia inferendi verum locum occupant.) Item Hieronimus ad Clerum: Non dicat puer quod ei postea dediscendum est. Difficiliter enim eradicatur quod rudes animi receperunt, sed nihilominus, ut subdit idem Goffred. legitimus quaedam, ut cognoscamus & reprobemus, cap. Legimus 27. dist. Nam prudentis est eligere bonum & reprobare malum. Ideoque haec falsitates ad hunc effectum hic explicantur; & falsus post Host. & Joan. Andr. per Mar. Soc. hic in 2. notab. ad quos recurre, si te moveat curiositas.

Quero an falsantes, seu confingentes signaturam supplicationis Papalis scribendo verbum, fiat, vel aliud aequipollens censendi sint falsarii litterarum Apostolicarum, de quibus loquitur haec Decretalis, & cap. Ad falsationem infra eod.

Ad partem negativam inducitur. Primò hoc caput ubi enumerantur modi, quibus falsantur litterae Papales & inter hos non ponitur modus falsandi supplicationes, seu signaturam Papae; ergò talis modus non est inter alios connumerandus, arguendo a sufficienti partium enumeratione juxta textum in l. Patre furioso, ubi Bartol. Baldus Angel. & DD. notant, ff. de iis qui sunt sui vel alieni. jur. & in c. Cùm dilectus, & hic Abb. n. 9. de jurepatron. Et confirmatur, quia haec littera in singulis novem modis in quibus exprimit varietas falsitatum quae committuntur circa litteras Apostolicas, semper loquitur de litteris Bullatis, seu sub plumbo, id est quibus apponitur, seu appenditur Bulla plumbea, ut patet legenti per discursum: Id. oque litterae non dicuntur expeditae nisi quando in plumbo sunt, ut per text. nostrum dicit Gomef. in regul. de non iudicand. juxta formam supplicat. in 1. q. n. 5. verf. Testamento ulterius ubi refert ita tenuisse Rotam in Salamantina Parochialis mente 6 Novembris 1539. coram Marcello Crescentino & ita servatur in practica, ut inquit Felin. in cap. Ex diligenti in fin. de simon. Supplicatio autem non est littera bullata, nec ei

aliqua Bulla sponitur, ut est notissimum: Ergò cum supplicationi non ademptur verba hujus textus, consequenter nec ejus dispositio adaptari potest, l. 4. §. Totius, ff. de damn. infect. cum similibus. Cùm praesertim materia sit odiosa & poenalis & sic restringenda, ut in regula odia de regularib. lib. 6. & capit. Pana de penit. dist. 1. cum suis concordant.

Deinde ad hanc partem Navarr. in manual. c. 27. n. 62. verf. Declaratio prima inducit Bullam Censurae Domini, qua in §. 6. excommunicat falsarium litterarum Apostolicarum, nec non supplicationum gratiam, vel iustitiam eo concernentium per Romanum Pontificem signaturam. Per quam clausulam juncto, c. Ad falsationem infra eodem arguit Navarr. quod appellatione litterarum Apostolicarum in materia odiosa non includantur supplicationes a Papa signatae quae signaturam vocamus; alioquin illud cap. Puniens falsantes litteras Apostolicas superflue per Bullam Censurae extenderetur ad falsantes signaturas.

Ad idem conferunt quam plures differentiae quae funt inter supplicationes & litteras & omittis aliis quae ad rem non pertinent, supplicatio concludenter non probat jus alicui competere, quia forte quando litterae expediti debent Cancellariae Officiales, clausulae supplicationis aliter extendunt vel restringunt, & forsitan super tali supplicatione litteras non dantur, quia ut experientia docet plures supplicationes expediti nequeunt eo quod in eis reperiantur aliqua clausulae, quae sunt contra filium, ut observat Gomef. in reg. de non iudicand. juxta formam supplicationis, qu. 1. n. 2. verf. Quia sola supplicatio, & re ipsa supplicationes jam signatae aliquando iustus de causis lacerantur & Datarum ex officio muneris sui supplicationibus tam signatis quam signandis, ut ratio postulat, addit & detrahit, ut dixit Rota in Causa Met. Prioratus 17. Martii 1627. coram Merlino (qui prius fuerat Datarus Gregorii XV. decis. 68. n. 9. & 10. part. 5. recent. post Gonzalez super regul. de mensib. gloss. 63. n. 2. n. 54. & sequent. & ideo supplicatio non videtur certitudinem continere secundum Gomef ubi supra. Nec suffragatur litteris non expeditis Rota decis. 509. n. 16. part. 5. tom. 2. in recent. & est expressum in extravagan. Injuncta de elect. & in Constitutione Julii III. hac de re edita & propterea per solam supplicationem gratia informis per Rotam appellari solet, ut patet in decis. 19. de concess. praebend. in novis. Quo fit ut intrans possessionem Beneficii litteris non expeditis, licet habeat supplicationem signatam, omne jus perdat, ut inquit Felin. in cap. Veniens, n. 3. verf. Et adde quod intrans possessionem, de accusationibus, & est text. in d. extravagan. Injuncta, de elect. alia frustra Papa in Cancellaria tot officiales constitueret, dans illis formas per suas regulas expediendi, si sola supplicatio sine expeditione sufficeret, ut notat Aegidius Belamar. in consi-

T 2

- in tribus casibus hic expressis.
- 42 Clericus, qui non per se, sed per alium falsas litteras Papae an sit degradandus, & Curia seculari tradendus.
- 44 Laicus ratione rei Ecclesiastica falsificando rescriptum Papae subicitur foro Ecclesiae.
- 45 Falsi pena de jure civili qua sit & n. 46.
- 46 Deportationis poena, & damnationis in metallum hodie non est in usu.
- 47 Spoliatur, id est per sententiam.
- 48 Falsis litteris utentes sunt ipso facto excommunicati, etiam si illarum usu desistant infra viginti dies.
- 49 Secus in habentibus litteras falsas, quia non sunt excommunicati, si illas infra viginti dies laceraverint vel restituerint.
- 50 Clerici falsis litteris scienter utentes an sint excommunicati.
- 51 Poena falsificantium litteras Papae, & falsis litteris utentium sunt in triplici distinctio.
- 52 Malitio magis puniatur, quam negligentia.

Ad falsariorum. Qui per se vel per alios litteras Papae fallant, excommunicati sunt cum suis fautoribus; & Clerici officii & beneficii privati sunt & degradandi sunt & tradendi Curiae seculari per quem laici legitime puniuntur.

Qui litteris falsis utitur, si Clericus est & officio & beneficio privatur; si laicus, excommunicatur. Hoc dicit Joannes Andreas, Butrius, Card. Anchar. Abbas, Joannes de Anan. & Mar. Soc. Dividitur in duas partes. Primo punit fallantes litteras Papae per se vel per alios. Secundo punit utentes litteris falsis hic, qui verò.

Nota primo singulariter ex principio textus, argumentum quod valet statutum, ut respectu statutorum vel aliorum gerendorum non possit quis ignorantiam allegare seu non profiti ignorantia, prout ex hac littera deducunt hic Abbas & Mar. Soc. in 1. not. & notat Bart. in l. Divus n. 4. ff. ad l. Cornel. de falsi.

Secundo nota hic, examinent obligationem quam habent volentes uti litteris Apostolicis; debent enim prius eas diligenter examinare, utrum scilicet sint veræ & tunc utantur illis si voluerint; aut falsæ & tunc nullo modo utantur; aut suspectæ; & tunc etiam abstant, c. Inter dilectus, §. Verum de concess. lib. 6. & arg. c. ad audientiam, §. 1. supra de homic. c. cum speciali, §. Excessu de appell. secundum Holt. hic n. 6. & in c. fin. in princ. in verbo suspitionis infra eodem. Nam et si litteræ Papales multa cum diligentia & exactissima circumspecte fiant, ut c. cum adde supra de rescript. c. Apostolica 13. q. 9. tamen in illis tales perquam committuntur fallaces, quæ etiam prudentissimos fallerent & que nondum de facili cognosci nequeunt, sed etiam maxima & diligentissima discussione, inventi aut percipi nequaquam possunt, ut in c. licet supra eodem; & notat idem Holt. in summa eod. tit. §. 2. verò. Præterea usur. & post eum Mar. Soc. hic n. 29. & 30. unde nihil mirum si hæc Constitutio astringere volentes uti litteris Apostolicis ad tam sedulam examinationem. Major tamen examinatio requiritur in litteris quæ sunt de gratia vel contra jus vel contra utilitatem publicam quam in litteris de simplici iustitia, c. accedens supra eodem & lege Rescripti, cod. si contra jus vel utilitatem publicam secundum Innoc. hic circa med. verò. Item examinatio.

Tertio nota hic si falsis litteris se utos dixerint ignoranter. Ignorantiam non præsumit seu non excusatur ubi non permittitur diligentia quam quis tenetur adhibere, ut in textu, quamquam enim in delictis præsumatur ignorantia, ut l. Quoties, §. Qui dolo, ff. de probat. tamen hoc falsis quando præcedere debet diligens inquisitio, prout hoc casu præcedere debet autoritatem hujus Constitutionis, glossa 2. hic. Innoc. in princ. hic. (Tunc non excusatur ignorantia, cum non præcessit examinatio, ex hoc enim fuit in culpa, cum non examinavit, nec à peritioribus quaesivit) §. ult. 35. dist. 1. regula ff. de juris & facti ignorantia, Holt. n. 1. hic. (Quod si hanc diligentiam non adhibuerint, in dolo esse videntur, sine quo non committitur falsum) l. Nec exemplum, cod. ad leg. Corn. de falsi. l. Divus, ff. eod. Butr. n. 2. & 12. ubi ait. (In his in quibus debet diligens inquisitio præferri, præsumitur scientia & dolo, nisi probetur ignorantia; & sic quòd in dubio dolo non præsumatur, verum est nisi ex officio vel ex natura actus requiratur præcedens indagatio ad actus vel vitii illius certificationem.) Hæc Butr. & concordat Anchar. in 1. not. & sequuntur ceteri. Vel certe ut dicit glossa 1. hic tales dici possunt affectatores ignorantie, c. cum inhibito de clandest. despons. & hujusmodi ignorantia appellari potest crassa & supina, c. Apostolica de Cler. excom. minist. & hæc punitur poena hujus cap. in verbo Qui verò secundum Mar. Soc. hic n. 24. qui tamen n. 25. subdit & bene minus puniri utentem falsis litteris cum ignorantia crassa & supina quam cum dolo expresso, quia primo casu punitur poena hujus textus

- 53 Negligentia crassa, & supina dolo æquiparatur.
- 54 Falsis litteris utentes, & falsas litteras imperantur, sed non exercentes per se falsitatem æquiparantur.
- 55 Impetrantes per suggestionem falsitatis litteras à Papa quo poena puniuntur.
- 56 Episcopi falsantes litteras Papae non incidunt in poenam hujus cap.
- 57 Sunt tamen excommunicati ex Bulla Cœne.
- 58 Falsarius litterarum Apostolicarum etiam occultat incurrit poenam excommunicationis & privationis officiorum & beneficiorum eo ipso, quod crimen committit & numer. 62.
- Sed poena degradationis et infligitur tantum, si criminis liter sit convictus n. 63.
- Sive per viam accusationis, sive inquisitionis, n. 64.
- Si verò civiliter actum fuerit, mitius puniunt n. 59.
- 61 Intellectus cap. Novimus, §. final. de verb. signif. & num. 69.
- 62 De crimine falsantium litteras Apostolicas an alius quàm Papa possit cognoscere.

in d. §. Qui verò, sed si esset in dolo, ita ut probaretur scientia, tunc deberet puniri graviore poena, scilicet leg. Corn. de falsi. sicut puniunt qui tales litteras fallant, ut leg. Majorem & leg. falsos, cod. ad legem Cornel. de falsi. nam & usu committitur verum falsum, ut hic & in lege hoc qui, paragrapho fin. ff. eodem; & latius per eum, quod bene nota.

Quarto nota hic, litterarum nostrarum. Dispositionem hujus Decretalis & illius poenas vendicare sibi locum dantur in Clericis fallantibus litteras Papae, secus vero in Clericis fallantibus litteras Principis vel Imperatoris, quia non videtur esse tantus excessus contra Principem quantum contra Apostolicum, cum longe præstat Papa Imperatori, ut in c. Solita supra de major. & obed. & respectu personæ in quam delictum commissum est, aggravatur poena, ut notat glossa 2. in c. 1. supra de calumn. & hæc opinio placet Mar. Soc. hic n. 12. 13. & 14. & quamvis glossa in verbo legitimas videatur uniformiter loqui de litteris Principis & Papæ; & Mar. Soc. subdat pro opinione glossæ facere, quia cum delictum sit valde atrox, videtur esse locus degradationi & traditioni Curie seculari, secundum ea que traduntur in c. cum non ab homine, supra de judic. tamen respondere potest, poenam degradationis & traditionis hujusmodi non esse imponendam, nisi in casibus in jure expressis, ut fuit probavimus in d. c. cum non ab homine, n. 68. & 79. inter quos non reperitur hic casus falsantis litteras Imperatoris, cum hoc caput non loquitur nisi de fallantibus litteras Papæ; & in poenis benignior pars sit eligenda, ut in regula in panis de reg. jur. lib. 6. & facit c. ad audientiam supra eodem, præsertim verò, quia delictum Clerici fallantis litteras Papæ, dato delictum committi probatur, ubi glossa ultima, Papales est gravior quam fallantes litteras Principis duplici consideratione. Prima est, ut dixi numero precedenti, injuria que Pontifici Maximo irrogatur, est atrocior ratione præminentioris dignitatis, §. Atrox, Instit. de injur. l. Prætor, ff. eodem, c. cum illorum, infra de sent. excom. Secunda est, quia Clericus non est subditus Imperatori, sed Papæ, c. si Imperator, c. cum ad verum 99. dist. 1. Ecclesia Sanctæ Mariæ cum hic notat. supra de Constit. explorati autem juris est longe gravior esse crimen in personam Principis cui delinquens est subiectus quam in extraneum, l. omne delictum, §. 1. ff. de re milit. & propterea delinquens contra Principem cui non est subiectus, non dicitur committere crimen læsæ Majestatis, non dicitur in clem. Pastoralis, ubi glossa in verbo Non falsus de re jud. & est communis opinio, ut attestat Rolandus à Valle conf. 4. in causa inquisitionis n. 1. vel. 1. & Jal. Clar. in pract. crim. §. læsæ Majestatis, verò. Vili quandoque dubitari; & hinc fit ut Clericus natus in terris subiectis alicui Principi laico, quamvis dicatur naturaliter & originarie esse de dominio & ditione illius Principis, prout tenere communitur Doctores affirmat Gigas in tract. de crim. læsæ Majest. q. 63. n. 2. Nihilominus enim post Clericatum revera non possit dici subditus ipsius Principis, non potest dici contra eum committere crimen læsæ Majestatis; & est communis opinio, ut dicit Præpositus in c. In primis, §. De persona, col. 5. n. 16. verò. Non obstat opinio 2. q. 1. & Clar. loc. cit. verò. Hinc refertur. Non ergo mirum, si Clericus fallans litteras Papæ sit degradandus & Curie seculari tradendus, non autem si falsas litteras Imperatoris; & glossa nostra videtur usurpasse nomen Principis non pro Imperatore, sed pro Papa, de cujus litteris loquitur hæc Decretalis. Hinc etiam fit, ut quamvis Rex in suo Regno habeat jura Supremi Principis, id est Imperatoris, ut inquit Præpositus ubi supra n. 22. verò. Tertio dicitur, per ea que notantur in c. Per venerabilem supra, qui fil. fin. legit. Tamen Clericus fallans litteras vel sigillum Regie non punitur poena hujus cap. sed deponitur & in futurum malefici ei caracter in fronte imprimitur quo ab aliis discernatur & in exilium mittitur

mittitur, ut est casus in c. ad audientiam supra eodem; & hic omnes, Boer dec. 82. num. 3. licet hodie de consuetudine hanc poenam impressionis caracteris in Clericis non servari attestent Ludovicus Piquer. dec. crim. 80. num. 10. & seqq. & Fatin. in pract. crim. par. 5. de falsi. q. 151. n. 62. ad fin.

Longè autem minus incidunt in poenas hujus textus falsarii litterarum Episcoporum vel Nuncii, quia hæc proprie non sunt litteræ Apostolicæ; & eadem ratione idem dicendum de falsariis litterarum Penitentiarie, quia non sunt litteræ Papæ, sed ejus Commissarii, ut tradit Navar. in manuali c. 17. n. 61. verò. Tertia, licet secus sit de falsariis Breviarium Papæ, secundum Gomef. de brev. p. 3. & Navar. ubi supra. Tu tamen adverte, quia Doctores in c. Ex litteris supra de fid. illustr. videtur tenere poenas falsantium litteras Apostolicas habere locum etiam in fallantibus Bullas & sigillum litterarum Sacre Penitentiarie, ut videtur est apud Holt. ib. n. 6. Joan. Andr. n. 4. ante fin. Bellam. n. 3. in fin. & Butr. n. 4. itid. in fin. quos ita intelligit Fatin. in d. pract. crim. q. 151. n. 24.

De poena autem fallantium litteras Episcoporum vel Capituli. Vide textum in c. si Episcopus 50. dist. in c. tam literis in fin. de test. & in c. ad audientiam sup. eod. & plenè hic per Mar. Soc. n. 11.

Quinto nota hic vitium falsitatis exercent. Primæ facie hic videtur argumentum quod incurrendas poenas hujus cap. non sufficit unica falsitas, sed requiritur iteratio actuum, ponderando illud verbum exercent, arg. l. sciendum, §. illud ff. de illi. edict. per quem textum Barro. in prologo de testaturum, n. 10. quem loquitur Abbas in c. 1. n. 24. de jud. dicit artificem vel mercatorem non dici eum qui semel aut iterum artem vel mercatum exercet, sed eum qui toties, ut vulgi opinione habetur pro tali. Ad idem textum in l. Quis sit fugitivus, §. error. ff. eodem. & l. fin. ff. de Abiga. Sed oppositum est verius, quia verbum exercent & in dispositione personalis in unico actu verificatur, ut est textus in §. Item lex falsa, si primo Insti. de publi. jud. unde etiam qui unica tantum vice falsas litteras Papæ puniri debet ad præscriptum hujus Decretalis, ut firmat novissime Præposit. Fatin. in pract. crim. lib. 5. de delictis q. 25. n. 31. adiciens ita practitari; & latius in tit. de delictis carnis q. 138. n. 30. & ex hoc confunditur illorum opinio q. dixerunt Bullam Pii V. contra exercentes vitium nefandum exsecratur ea que scripsi in d. c. Cum non ab homine n. 76. de jud. non habere locum in his qui semel tantum illud perpetrarunt, sed solum in his qui quasi ex usu continuo exercent, inter quos Navar. in Man. c. 27. n. 249. verò. Tertio dicit, nam & d. §. Lex Julia de exercitibus loquitur hic. Qui cum majestatis nefandum libidine exercere auferit. Et similiter hoc caput loquitur per verbum exercent; & tamen illius poenæ verificatur etiam in his qui unica tantum vice delicta hujusmodi perpetrarunt, ut dicitur est; & falsus probat Farinacius d. h. quest. 138. n. 30.

Sexto, nota poenam generalem falsantium litteras Apostolicas. Nam una cum fautoribus & defensoribus suis sunt ipso jure excommunicati, hoc enim demonstrant verba illa anathematis vinculo, que sunt Canon. lætæ sententiæ, ut in c. Dura in glossa 3. supra eodem; & hic notat glossa 3. Innoc. circa finem in verbo Innotatos, Holt. n. 3. & 5. & in eodem verbo. Henric. Boich. n. 4. verò. Aut queris, Card. n. 1. & in verbo Innotatos, Butr. n. 3. Abb. eod. verò. si verò Tenemus supra eodem & hic Butr. n. 4. verò. Dicit glossa; & nullus dicitur; & cum littera dicat omnes falsarios hanc poenam infligi cunctis indifferenter, live sint Clerici live laici, ut hic per Mar. Soc. n. 15. & consentiant omnes; & in Monacho consulti Feder. de Sens conf. 419 si notorium addens absolutiorem esse Sedi Apostolicæ reservaram per d. cap. Dura, quod etiam dicit post Joan. Andr. Mar. Soc. hic n. 21.

Hodie in falsariis litterarum Apostolicarum fertur excommunicatio in Bulla que in die Cœnæ Domini legi consuevit, §. 6. in hac verba. Item excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma brevis, ac supplicationem gratiam vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium aut gerentes vestros; aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, nec non falsis fabricantes litteras Apostolicas etiam in forma brevis ac etiam falsis signantes supplicationes hujusmodi, sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii aut gerentium vestre prædicatorum. Hæc hic.

Ex hoc contextu colligitur nonnulli ex modernis aliquot differentias & præcipuè duas inter excommunicationem que infligitur in textu nostro & illam que infligitur in Bulla

Cœnæ, d. §. 6. Prima differentia est, quia in hoc capite excommunicantur non modo indifferenter omnes qui fallant litteras Papales, sed etiam laici qui filis litteris utuntur, ut dicam infra in 10. not. sed in Bulla Cœnæ non excommunicantur, nisi falsarii litterarum Apostolicarum vel falsas litteras fabricantes, aut supplicationes falsò signantes, de utentibus autem nihil statuitur, aliud est fallare & aliud uti falsis, ut colligitur ex hoc capite in princ. Juncto §. Qui verò; & tres differentias colligimus infra numerum 51. & hanc differentiam constituunt Navarrus in Manuali, cap. 2. n. 62. verò. Quarta, Suar. tom. 5. disp. 21. sect. 2. n. 48. & quidam alii.

Secunda differentia est, quia ex hoc capite excommunicationem incurrit qui litteras Papales fallant per se vel per alios, ut in littera; sed ex Bulla Cœnæ non excommunicantur nisi qui hujusmodi litteras fallant per se, ut tenet Jacobus de Grassis in suis decisionibus, par. 1. lib. 4. c. 18. n. 93. & 95. & Suarez d. disp. 21. sect. 2. n. 48. sed hanc differentiam non puto veram. Quia regula qui per alium facit, est perinde ac si faciat per seipsum, procedit etiam in delictis ut hic notat Mar. Soc. n. 19. & 20. & in c. ad audientiam, n. 285. supra de homic. Idque non per fictionem, sed per veritatem, ut in terminis excommunicationis est textus clarus in c. Mulieres, §. fin. infra de sent. excom. ubi deciditur mandantem percussu Clericum, incidere in excommunicationem; & redditur ratio per hæc formalia verba, quia si committit verò, cujus autoritate vel mandato allegat jura non cordantia. Item procedit prædicta regula Sexti etiam in statutis penalibus, ut est glossa magna in c. si dignum. eod. tit. deducunt hic Joannes Andreas n. 18. verò. Et Joas. Abb. & Mar. Soc. n. 11. de centes autoritate illius quod dicit uti afflictores fori Civiles, inducentes eam ad intellectum statutorum punientium homicidas, ut verificatur etiam in mandantibus fieri homicidium. Ad quod etiam inducunt jura in lege si quis id, §. fin. ff. de jurisd. omn. jud. & in l. 2. §. Divas, ff. de jure fidei. & in l. Judati la secunda, cod. de Judati. Ideoque statutum puniens utentem falso instrumentum locum hinc vendicat etiam in eo qui utitur per alium, ut pluribus fundamentis respondit Ludovicus Romanus conf. 105. Viso themat. n. 2. & quamvis oppolium sententia Vincentius de Paleatis inter consilia Alexandri conf. 65. Visa quædam lib. 4. ubi late consultat Constitutionem penalem contra homicidas non habere locum in eo qui mandat fieri homicidium, tamen ejus opinio posset fortasse obtrudere ubi statutum esset juri communi contrarium, tunc enim non recipere interpretationem à jure communi, ac secus est si disponat quidem idem quòd jus commune aut illud adjuvet poenam augendo, quia tunc statuti poena locum habet etiam in eo qui facit per alium; ita Alex. conf. 95. n. 55. lib. 4. Hæc autem casta Bulla Cœnæ non obviat juri communi quia potius cum eo concordat, quia eandem poenam excommunicationis imponit falsariis litterarum Apostolicarum, quam jus commune imponit in hoc capite; & quamvis Bulla non utatur his verbis per se vel alios, sed simpliciter loquitur de falsariis, tamen intelligi debet de falsariis, tam per se quam per alios, ut sic recipiat interpretationem passivam ab hac Decretali, ad textum in l. 2. cod. de noxalibus & in c. cum dilectus, §. Ceterum; & hic glossa recepta in verbo juri communi, supra de consuetudine, nec Bulla loquitur per illa verba per se, sicut loquitur hoc caput in ea parte in qua imponit poenam degradationis & traditionis Curie seculari, ut dicam infra n. 42. sed ut prædixi, loquitur simpliciter de falsariis litterarum vel fabricantibus falsas litteras vel falsò signantes supplicationes, quæ verba verificantur etiam in his qui non per se, sed per interpositam personam hujusmodi fallantes committunt, ut ex dictis constat. Quia imò etiam illa Bulla Cœnæ uteretur his verbis per se, nihilominus esset supplenda vel per alios, prout supplent textum nostrum Holt. Joannes Andreas & communiter Doctores, ut dicam infra in octavo notat. dicto n. 42.

Tertia differentia, ommissis aliis est, quia Bulla Cœnæ in d. §. 6. loquitur expressè etiam de fallantibus supplicationes à Papa signatis, sed textus noster loquitur tantum de fallantibus litteras Apostolicas quarum appellatione non veniunt supplicationes, alioquin superfluum fuisset ut Bulla extendere hoc caput. Puniens fallantes litteras Papæ ac fallantes illius signaturas, ut observat Navarrus in Manuali dicto cap. 27. num. 62. verò. Declaratio prima, sed adverte, quia oppositum videtur tenere Collectar. hic n. 1. & ad rationem Navarii respondeo, ut dixi in c. licet n. 36. sup. eod. & hic vide hunc articulum in utramque partem plenè discussum à n. 3. usque ad n. 37.

Septimo nota in verò. Statuuntur, specialem poenam Clericorum fallantium litteras Papæ, nam officii & beneficii Ecclesiasticis sunt ipso jure privati, ut in textu; & notat Joannes Andreas, Card. Anchar. Abbas & omnes in summa; & ita eorum officia & beneficia impetrari possunt tanquam vacantia, ut tradunt Rebuff. de pacific. possess. n. 204. & in

170
gravi benef. 18. de mod. amit. benef. n. 43. Petr. Gregor. Tolosan. de benef. c. 26. n. 12. Nicol. Garz. in cod. tract. p. 11. c. 10. n. 170. Gotzal. ad reg. de monf. glof. 15. n. 58. & cum textus noster hac in parte restringat se ad Clericos, hinc deducitur ut laici falsantes litteras Papae, poenam privationis officiorum ac dignitatum minime incurrant, ut hic per Marianum Socinum, numero decimo septimo & decimo octavo.
40 Octavo nota in vers. Ita quod, aliam poenam specialem Clericorum falsantium litteras Papae, nam de crimine convicti, praevia degradatione iudiciali Ecclesiastica traduntur Curiae seculari secundum Constitutiones legitimas puniendi, ut in littera, scilicet ultimo supplicio seu poena mortis naturalis, ut hic innuitur; & tenet glossa in verbo Legitimas, Hosti. n. 8. dicens in falsario rescripti Principis magnitudinem criminis exigere supplicium capitale. Butr. n. 16. vers. Et impositur talis poena. Anchar. n. 2. in 3. not. ubi se remittit ad glossam; & Joannes de Anan. n. 11. vers. In eadem glossa; & est speciale in hac specie falsitatis secundum Abbatem n. 9. quem sequitur Afflict. dec. 404. n. 20. in fin. & n. 21. & idem tradunt Salicet. in l. Majorum n. 1. post med. vers. Et si quaras, cod. ad leg. Cornel. de falsi. Boer. dec. 82. n. 6. Duenna in reg. 290. in l. limit. ad fin. Grammat. dec. 27. n. 10. & ita passim servatur, teste Farinac. in pract. crim. lib. 5. de falsi. q. 151. n. 4. licet Joannes de Anan. in rubrica circa finem, dicat non servari isto casu, ut Clericus Curiae seculari tradatur, prout illum refert Jul. Clar. in §. fin. in pract. q. 36. n. 14. vers. Videmus etiam; & eodem modo hac verba legitima poena, id est mortis in Clerico incorrigibili exponit Abb. antiq. in c. cum non servari ista poena, in verbo legitima de iud. & ita habet hic unum ex tribus casibus in quibus de iure communi Clericus degradatur & traditur Curiae seculari, etiam non expectata incorrigibilitate. Alios duos habet hic in glossa in verbo Tradantur, unum scilicet in cap. ad abolendam supra de haeret. & alium ex c. Si quis Sacerdotum 11. q. 1. & hanc dicit esse theoricam Doctorum Guill. de Benedictis post tertiam partem repetitionis, capite Raimundus de testam. in questione de homicidio, numero 3. & seqq. & Jul. Clar. dista questione 36. vers. Scias etiam; & istos tres una cum aliis pluribus per Constitutiones Apostolicas inductis posuit in c. cum non ab homine ad num. 68. de iud.
41 Sed hic insurgit dubitatio, nunquid hac poena degradationis & traditionis Curiae seculari puniendus sit Clericus qui falsas litteras Apostolicas per alium, an vero ille tantum qui falsas illas per seipsum, Hosti. hic n. 6. in verbo per se supplet vel per alium, quia per se ipsum facere videtur, argumentum huius textus hic per se vel alios & c. Passoralis, §. Præterea in fine, supra de offic. deleg. & c. Malteris supra de sent. excom. & sic tenet Hosti. hanc poenam degradationis pariformiter imponendam esse Clerico, si sine falsis litteras per se sine per alium; & hanc opinionem approbat Joannes Andreas in summa textus & n. 2. in verbo vel alios, dum allegat regulam Quis per alium de reg. jur. lib. 6. & n. 3. in verbo per se ubi similiter supplet vel per alios; & sequitur Antonius de Butrio in fine, Ancharanus in secundo notabili; & est communis opinio Doctorum, ut inquit Marianus Socinus n. 19.
Sed certe huic opinioni valde obstat littera textus dum loquendo de Clericis dicit. Qui per se falsitatis vitam exercuerint, nam in vers. praeced. generaliter praesumit de committentibus falsitatem per se vel alios infligendo poenam excommunicationis deinde in vers. Statuentes, dum imponit aliam poenam clericis, simpliciter loquitur de falsariis; & ita haec quoque secunda poena locum habet in falsantibus tam per se, quam per alios, sed tandem in vers. Ita quod, dum subiungit gravissimam poenam degradationis actualis & traditionis Curiae seculari non repetit illa verba, per se vel alios, ut fecit in prima poena, nec loquitur simpliciter, ut fecit in secunda, sed expresse dicit, qui per se, & c. ergo in hoc tertio casu videtur absolute excludere falsantes per alios; alioquin ad quid hac diversitas loquendi? Unde poena talium Clericorum qui per alios falsificant ultra excommunicationem & privationem officiorum & beneficiorum, videtur dependere a dispositione aliorum iurum, quia quod non ministrat, sec. l. Sancimus Cod. de testament. l. Praecipuum in fin. Cod. de appellat. & in hoc tandem, licet cogitandum relinquat, videtur resistere Marian. Socin. hic n. 19. cum tribus sequentibus; & quamvis n. 22. dicat opinionem Hosti. fore esse magis tenendam quia in iure etiam in delictis videtur equiparari qui per se facit & qui per alium ideoque dispositio facta in uno videtur extendi ad reliquum ut notatur in l. Si quis servo, Cod. de iureiur. in c. 2. supra de mutui petition. & in concordantibus per eum allegatis; tamen haec non possunt applicari casui nostro in quo textus constituit ex rellam differentiam inter memoratas poenas & in tertia tantum se restringit ad falsantes per se; unde suppletio illa, vel per alios, corruptum litteram &

suppletiones ad Decretales non sunt permittit, Clem. Ne Romani, hic, vel addi de elec. & qui supplet corrigi, ut in Authen. de non alienand. in princ. Brixien. in repertorio in verb. Suppletio, & hac opinio mihi magis placet, tum quia est magis amica litterae, tum quia poena non sunt extendende de casu ad casum, sed potius restringendae, cap. Odis & c. in panis, de reg. jur. lib. 6. Afflict. decif. 21. n. 7. & in specie hac poena degradationis non imponitur nisi in casibus in iure expressis, ut dixi supra n. 56. vers. Tamen responderi potest; & hic casus Clerici falsantis per alium non reperitur expressus, quin potius exclusus per hanc litteram.
Nono nota hic, per quam & laici, specialem casum, 44 in quo laicus subicitur foro Ecclesiastico id est cum delinquit in re Ecclesiastica falsando litteras Apostolicas, ut hic per Butr. n. 4. Anchar. in 5. notab. Abb. n. 4. & Marian. Socin. n. 16. alios casus in c. fin. de except. lib. 6. & in summa 11. q. 1. & per Abbatem, in c. Cum sit generale de foro compet. Hoc autem in casu laicus est puniendus per Curiam laicalem secundum constitutiones legitimas, ut 45 in textu, id est poena legis Corneliae quae in servo est ultimum supplicium, & in libero homine est deportatio & omnium bonorum publicatio, ut in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de falsi. & in l. Ubi falsi, Cod. eod. & in §. Item Lex Cornelia de falsis institut. de publ. iudic. & hic notant glossa in verb. Legitimas, & sequuntur omnes doctores, ut dicit Mar. Socin. n. 8. qui tamen declarat dictum glossa de deportatione, ut procedat in libero homine nobili, aut in dignitate constituto; sed in homine ingobili & plebeio est poena damnationis in metallum, Per l. Si quis aliquid §. Qui vivi, ff. de panis & notat Butr. in d. l. 1. §. fin. n. 1. ff. eod. Afflict. decif. 21. n. 8. Poena tamen deportationis hodie non est in usu, nec alicui imponitur de consuetudine, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. §. Falsum, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. §. Falsum, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. canon. fol. 13. c. n. 8. & Jul. Clarus in §. fin. q. 67. vers. Item damnatio; unde secundum eum in praesentia. vers. Sed quare, ubi adfuit statuta superius dispositio, imponenda est poena expressa in ipis statutis, alioquin imponenda est poena consueta, quali hoc arbitrio iudicis relinquatur.
Decimo nota in §. Qui vero, poenam eorum qui falsis litteris Apostolicis utuntur, nam si Clerici sint, officii & beneficii spoliatur, id est per sententiam, ut exponit Innocentius hic in fin. in verb. Spolientur, Hosti. n. 10. Ioan. Andr. n. 4. Card. n. 1. in eod. verb. & alii communiter quod nota ad limitationem eorum, quae de hoc verbo, spolientur, dixi in c. Ad abolendam n. 29. supra de haeretico: si vero sint laici, sunt ipso facto excommunicati, ut ostendunt verba illa, tamdiu manent excommunicati falsi, & c. Et tenent hic Innoc. in fin. Abb. n. 6. Mar. Soc. n. 23. Ioan. Andr. Butr. Card. Anchar. & omnes in sum. textus, quod intelligit, si abusu non desistunt infra viginti dies, per c. Dara, §. fin. supra eod. sed hoc non placet, quia textus in d. c. Dara, non loquitur de his qui falsis litteris utuntur, sed de habentibus litteras falsas & non lacerantibus, seu distribuentibus vel restituuntibus & tales nullam excommunicationem incurrant, nisi sit lata a Iudice, prout hic dicitur, cum termino viginti dierum, sed textus noster in §. Qui vero, procedit in his qui scienter utuntur falsis litteris & tales, sunt laici, sunt ipso facto excommunicati, ut in textu & hic declarat Abb. num. 9.
Et ex hoc deducitur, ut si sint Clerici qui falsis litteris scienter utuntur, non sint excommunicati, quia textus iste aperte distinguendo inter Clericos & laicos vult, ut falsis litteris utentes, si Clerici sint officii & beneficii spoliatur & nihil dicit de excommunicatione, si vero sint laici, excommunicationi sint subiecti, ergo Clerici hanc poenam excommunicationis non incurrant, ergo opinio magis placet Abbati, n. 6. ne Clerici duplici poena conterantur, contra textum in cap. At si Clerici, §. De Adulteris, supra de iudicis, & quia in poenis benignior pars est eligenda, c. Poena de panis. dist. 1. licet Hosti. hic n. 10. in verb. Excommunicationi, teneat etiam Clericos falsis litteris utentes esse ipso iure excommunicatos eique ad stipulenter Ioan. Andr. n. 5. Card. n. 1. in verb. Laici & Mar. Soc. n. 23. ea ratione, quia Clerici magis delinquant, sed prime opinioni Abbatis magis favet ista littera.
Ex praedictis collige tres differentias inter falsantes litteras & falsis litteris utentes. Prima differentia est, quia falsantes litteras si sint Clerici, siue laici, sunt ipso facto excommunicati, ut dixi supra in 6. notab. utentes vero falsis litteris, si sint laici excommunicati sunt & in hoc concordant omnes; si vero sint Clerici, secundum opinionem Abbatis non sunt excommunicati, ut dixi supra n. 50.

Secunda differentia quia falsantes litteras si Clerici sint, officii & beneficii sunt ipso iure privati, ut dictum est supra in 7. notab. sed utentes falsis litteris non sunt privati ipso iure, sed privandi per sententiam huiusmodi, ut similiter dictum est supra, n. 47. Tertia differentia quia falsantes, si sint Clerici, actualiter sunt degradandi, ut patet ex dictis supra in 8. notab. Utentes vero hac poena degradationis & traditionis minime puniuntur, ut hic per Ancharanum in sexto notabili & in his concordant omnes Doctores.
52 Undecimo. Nota hic in vers. Ita tamen. In criminibus malitiam gravius puniri quam negligentiam, ut in littera, Anchar. in 7. notab. quandoque tamen negligentia dolo comparatur, scilicet cum dissoluta est, crassa & stupida, l. Si fideiussor, ff. Mandati, & hic notat gloss. ultim. & communiter Doctores.
54 Ultimo nota ex hie textu, equiparationem, quae fit inter eos qui falsis litteris utuntur & eos qui falsas litteras impetrant, sed non exercent per se falsitatem: In utriusque enim in modo puniendi distinguitur, an id egerit per malitiam vel per simplicitatem seu ignorantiam, prout distinguitur in c. Super litteris de rescriptis, & hic intellectus magis placet Ioan. Andr. n. 5. in verb. Statuimus, Abb. in fin. Mar. Soc. n. 25. quam intellectus eorum qui dicunt provisionem superius factam circa eos, qui falsis litteris utuntur, hic extendi ad illos qui per suggestionem falsitatis impetrant litteras a Papa. Hic sane intellectus non est verus, quia tales non incurrunt in poena huius cap. Sed tamen puniuntur iuxta terminos d. c. Super litteris, quia tamen puniuntur modo litterarum & in expensis condemnantur, ut hic in gloss. ultim. & tradit Card. in c. final. col. ultim. in princ. vers. Per hoc dico infra eod. ubi expresse dixit impetrantem retripitur per falsi subreptionem, aut taciturnitatem non incidere in poenam damnationis, sed carere impetratis & insuper teneri ad omnia damnata, & interest & sequitur Praepolit. in c. In memoriam, n. 3. & 7. 19. dist. Alioquin si omnes impetrantes per subreptionem litteras Papales inciderent in poenam huius cap. O quam multi reperirentur illaqueati! Quare impetrantes litteras Papae per subreptionem vel obreptionem non esse excommunicatos censens S. Antoniu. in 3. par. tit. 25. cap. 13. Silvest. in verb. Excommunicatio, 7. n. 9. vers. Et secundo, Cardin. Cajetan. eod. ver. c. 26. & de materia, vide Ioan. de Anan. in c. Licet, nu. 2. in fin. vers. In gloss. falsitatis, & n. 3. & 5. supra eod. & Marfil. in leg. Si quis obrepsit, n. 11. & seq. ff. ad l. Cornel. de falsi.
56 Quamvis Doctores an poena huius Decretalis locum habeant in Episcopis & resolutum negative, tum quia in talibus Episcopis & Superiores nunquam comprehenduntur, nisi de illis fiat mentio specialis, ut in c. Quia periculoso, de sent. excom. lib. 6. tum quia non sunt privandi sine speciali mandato Papae, ut cap. Datum, l. q. 6. ut hic per Butr. n. 77. Adverte tamen, quia hodie ex Bulla Coenae falsarii litterarum Apostolicarum sunt excommunicati etiam Episcopali vel alia majori dignitate sint praediti.
57 In gloss. in verb. deprehensi. Nota bene hanc glossam, 58 quia ad hoc ut falsarii Bullarum Apostolicarum puniri possint poenis huius cap. requiritur, ut sint criminaliter convicti.

Debet enim accerrima fieri indagatio, ubi poena est gravissima infligenda, ut l. Ubi, Cod. Ad leg. Cornel. de falsi. sed ubi civiliter agitur mitius est agendum, l. penul. Cod. eod. verum Hosti. hic n. 6. dicit forte speciale esse in falsario litterarum Papae, ut si notarius sit per evidenter facti, degradetur ex mente huius verbi deprehensi & idem est secundum eum, si per modum inquisitionis convincitur, & cum hoc simpliciter transit Ioan. Andr. n. 7. Butr. n. 14. sed Cardin. n. 3. intelligit, ut sint deprehensi, ita ut judicialiter confiteri & sic utraque solutio in idem recidit secundum eum: Archidiaconus vero in c. In memoriam n. 11. ad finem vers. Item videtur contradicere 19. dist. tenet hanc poenam habere locum quando proceditur per viam accusationis, secus vero si per viam inquisitionis, quia tunc falsario litterarum Papalium imponitur poena perpetui carceris per c. Novimus §. fin. de verb. signific. & sequitur Colletar. hic n. 3. decepto hoc esse mitius & verius. Placet distinctio Abbatis hic n. 8. & Mar. Soc. n. 53. videlicet quod aut loquimur de poenis quae ipso iure infliguntur falsariis litterarum Papalium, ut poena excommunicationis & privationis officiorum ac beneficiorum, & tales intelliguntur iudicialiter eo ipso quod delictum est perpetratum nec est jus in civiliter vel criminaliter actum fuerit, quam Constitutio huius criminis etiam omnino occultum, ut dicit gloss. singularis in Clem. 1. in verb. Eo ipso de haeretico. licet possessione privata non possit nisi causa cognita & vocatus, ut tradit Ioan. Andr. in regula Mora n. 15. vers. Hinc est quod qui a principio titulum habuit de reg. jur. lib. 6. Aut loquimur de poenis per Iudicem infligendis, ut est poena degradationis & traditionis Curiae seculari; & in talibus procedit opinio glossae, ut non infligatur si civiliter agatur, sed solum si criminaliter sicut convicti: Non tamen facias differentiam, an actum sit per viam accusationis vel inquisitionis, nam utroque casu, si convincatur est degradandus secundum opinionem Hosti. de qua supra, n. 60. cum qua Doctores videntur hic transire, & ad d. c. Novimus, §. fin. de verb. signific. respondeo ut hic per Bernard. in gloss. in verb. Includas, & Hosti. n. 4. vers. Et intelligas, videlicet quod poenitentia carceris perpetui hic de gratia imponitur, quia sic placuit Papae, non enim recipitur intellectus, quem posuit hic Innoc. in fin. ut supra quod falsarius non semper tradatur Curiae seculari, sed solum quando non est ipse de ipsius correctione, quoniam ut advertit Hosti. ubi supra in fine: si hoc verum esset, modica specialitas esset in falsario Bullarum Apostolicarum, quia non solum falsarius, sed & quilibet alius graviter delinquens, si de illius correctione spes non haberet, poenitentia traditur seculari, cap. Cum non ab homine, supra de iudic. vel de alio falsario, quam litterarum Papae loquitur ille textus, ut hic per Ioan. Andr. in extremis verbis.
Extra glossam. Quero utrum alius quam Papa possit cognoscere de crimine falsantium litteras Apostolicas; quidam negant per c. In memoriam, 19. dist. sed contrarium tenet in Archid. n. 11. per cap. Novimus, de verb. signific. Nec obstat. cap. In memoriam, quia ut hic notatur, non conitabat de crimine, nec reperitur reservatum concordat Collet. hic n. 1.

